

judicis mercenarii veniunt, quorum ratione hic inter d. l. 8. & l. 54. loc. disceptatio oritur; ubi II. iterum *distinguendum*, an accessoria veniant secundum naturam actionis, ut in d. l. 54. an accedant *præter actionis naturam* ut in l. 8. Illo casu augetur ex mora principalis obligatio fidejussoris, quia in b. f. *judiciis* fidejussor *simpliciter* acceptus intelligitur se obligasse non solum ad sortem, sed & ad id, quod interest, (quamvis dissentiat Baert add. l. 8. n. 38. per l. 69. d. contrah. empt. l. 22. C. d. usur. qui textus quid contra nos faciant, indispositione publica videbimus) quia judicia b. f. suā naturā augmentum admittunt, adeò ut minimè necesse sit, expressis verbis fidejussorē ad omnem causam sese adstringere; sed eo ipso, dum is citra mentionem certae quantitatis intercedit, in omnem causam intercessisse videtur, quod probat l. 68. § 1. d. *fidejuss.* ubi fidejussor in usuras tenetur, si in conductionem, non verò in certam summam se obligaverit, facit l. 2. §. pen. d. adm. rer. ad civit. l. 5. C. d. p. art. 9v. *inter empt.* Hoc casu, quando nimirū accessoria *præter naturā contractus* *actionis* veniunt; ut in hac arbitrariā mora principalis fidejussori ad augendā obligationem vix nocebit, qualis casu ponitur in vers. nō oportet d. l. 8. cui distinctioni assentit Jaf. add. l. 8. n. 6. Tr. d. disp. 23. th. 6. inf. ibid. Bachov. quā sententiam communem appellat Jaf. d. l. 9. quia id, quod interest, extra naturam contractū atque ex causa magis extrinseca provenit i.e. ex eo solo, quod alio loco actionem intentet stipulator, quām in quem solutio ex contractu erat destinata: ad talia verò fidejussor non tenetur, quia ipse hoc non egit aut cogitavit, ut se ad id adstringeret, quod arbitrante judice in cōdemnationem venire posset, sed ad id tantum, quod ex causa contractus debetur. Ita *Magnificus Dominus Rector Praeses* d. l. memb. 4. sect. 2.

30. *Tertio casu: Si utrūq; fidejussorē debitorē principale consideramus*, observandum venit, an utrūq; in eod. loco, an v. in diversis locis degant, quando in eod. loco ambo vivunt, fidejussor ex persona principali alibi conveniri poterit; quando sc. debitori in locum destinatæ solutionis venire potis fuit, ante v. minimè. arg. l. 2. §. 6. b. t. quia dies stipulationi huic ta-